



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

39. Ascendit solus in montem: ibi post multam noctem in orando consumpta[m], ex discipulis suis seligit duodecim Apostolos, & in quibus sita sit beatitudo, e disserit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

| S. Matthæus. | S. Marcus. | S. Lucas. | S. Iohannes. |
|---|---|--|--------------|
| spiritum meum super eum, et iudicium gentibus nuntiabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius. arundinem & linum fumigans non extinguet: donec accendat ad victoriam iudicium: & in nomine eius gentes sperabunt. *46. | multos enim sanabat, ita ut irruerent in eum ut illum tangerent quotquot haberent plagas. Et spiritus immundus cum illum videbatur, percutiebat eum: & clamabant dicentes, Tu es filius Dei. Et vehementer conminabatur eum, ne manifestarent illum. *39. | sabbathis benefacere an male; animam saluam facere, an perdere? Et circumspicientibus, dixit homini, Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est manus eius. Ipsi autem repleti sunt invidia: & colloquebatur ad inuicem, quidnam facerent Iesu. *39. | |

CAP. 39. Ascendit solus in montem: ibi post totam noctem in orando consumptans, ex discipulis suis seligit duodecim Apostolos. Et in quibus sita sit beatitudo, edisserit. Matth. 5. * 25. Mar. 3. * 38. Luc. 6. * 38.

| S. Matthæus. | S. Marcus. | S. Lucas. | S. Iohannes. |
|---|---|--|--------------|
| Ides autem turbas, ascendit in montem: & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum, docebat eos dicens Beati pauperes spiritu: quonia ipsorum est regnum caelorum. Beati mitis: quonia ipsi possident terram. Beati qui lugent: quonia ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quonia ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quonia ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quonia ipsi Deum videbunt. Beati pacifici: quonia filij Dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quonia ipsorum est regnum caelorum. Beati | ET ascendens in montem vocavit ad se quos voluit ipse: & venerunt ad eum. Et fecit ut essent duodecim cum illo: & ut mitteret eos praedicare. Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eorum | FACTUM est autem in illis diebus, exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Et cum dies factus esset, vocavit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit. Simonem quem cognominavit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum & Iohannem, Philippum & Bartholomaeum, & Matthaeum & Thomam, Iacobum Alphaei, & Simonem qui vocatur Zelotes, & Iudam Iacobi & Iudam Iscariotem, qui fuit proditor. Et decessit cum illis, stetit in loco capestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudaea & | |

| S. Mattheus. | S. Marcus. | S. Lucas. | S. Iohannes. |
|---|--|--|--------------|
| <p>estis cū maledixerint vobis, & psecuti vos fuerit, & dixerint omne malum aduersū vos mētiētes, ppter me: gaudete & exultate, quoniā merces vestra copiosa est in cælis. sic enī psecuti sunt pphetas, qui fuerūt ante vos. Vos estis sal terræ. Quōd si sal euauerit, ī quo salietur? ad nihilū valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculectur ab hominib. Vos estis lux mūdi. Nō potest ciuitas abscondi supra mōtē posita, neq; accēdūt lucernā, & ponūt eā sub modio, sed sup cādelabrū, vt luceat omnib. qui ī domo sunt. Sic luceat lux vestra corā hominib. vt videāt opera vestra bona, & glorificēt patrē vestrū qui in cælis est. Nolite putare quoniā veni soluere legē aut pphetas. nō veni soluere: sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cælū & terra, iota vnū aut vnus apex nō pteribit à lege: donec omnia fiāt. Qui ergo soluerit vnū de mādatis istis minimis, & docuerit sic homines; minim⁹ vocabitur ī regno cælorum, qui aut fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur in regno cælorum. *40.</p> | <p>& eiciendi dæmonia. Et imposui Simoni nomen Petrus. & Iacobum Zebedei & Iohannem fratrem Iacobi: & imposui eis nomina Bonanerges, quod est, filij tonitruī. & Andream & Philippum & Bartholomæum & Mattheum & Thomā & Iacobum Alphæi, & Thaddæum & Simōnem Cananæum & Iudam Iscariōtem qui & tradidit illum. *49.</p> | <p>Ierusalem: & maritima & Tyri, & Sidōnis, qui venerant vt audirent eū, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat, Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei. Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc stetis: quia ridebitis. Beati eritis cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquā malum, propter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cælo, secundū hęc enim faciebant Prophetis patres eorum. Veruntamen vœ vobis diuitibus, quia habetis consolationem vestram. Vœ vobis qui saturati estis: quia esurietis. Vœ vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. Vœ cum benedixerint vobis oēs homines, secundū hęc enī faciebāt pseudopphetis patres eorum. *40.</p> | |